&mollioribus secernat ac segreg& aliam iub& miscere & in unum consperge
re quae ex diuersis p̄ parata sunt alia cum alabastro adstare p̄cipitur & alia ca lutu
inungitur. adq; hoc modo & sensibus eorum & animis ac manibus occupatis.
adq; operi p̄posito adfixis non p̄mittitur usquam euagari sensus intentionem
que propositi operis inrumpi. Imminens iugiter & insistens nec in aliquo prorsus
indulgens oculum saltim aspectum quae dispergi ministrantium famulorum. Ita
ergo & anima quae p̄tiosissimum istud unguentum conpunctionem dico cordis
conponere ac seruare desiderat omnis corporis sui sensus ad sem& ipsam congre
g&, segnitiam que ipsorum ac neglegentiam d&urbat, & tota sollicitudine ui
gilare & in hoc tantum quod proposuit cogat intendere. denique si quando acciderit.
ut ad sem& ipsam conuersa de liber& aliquid agere eorum que placita sunt dō;
Id q; profunda prorsus & intenta satis cogitatione p̄tract& nec q; dicentem sibi aliq'd
audiat. sed ne occurrentes quidē & in oculis stantes uideat. non quo caruerit
aut oculis usum aut aures auditu. sed q̄m in secretis agens anima & in diuinori
bus occupata nuntios non suscepit sensuum & corporalium ministrorum. & quid dico
quod in his anima posita clamantem non audiat. aut non uideat transeuntem.
cum saepe & iam pulsantes se & trahentes omnino non senserit. p quod intellegi uti
que datur ee hanc in anima uirtutem ut si toto affectu desideria sua extendat
ad caelum degere. sed obliuiscatur in terris. adq; inter homines conuersari uide
batur in urbibus quantum mortuis corporib; nos uidemur absentes. Cum enim
dicit mihi mundus crucifixus est. & ego mundo. & quantum mihi uid&ur in sem&
ipso corporalium sensuum efficaciam p̄testari. Immo non solū hoc sed & duplicare
in sem& ipso. Istam ut ita dicam insensibilitatem. non enim dixit hoc solum quia mihi mun
dus crucifixus est sed addidit & ego mundo. Ingentis namque philosophiae est & hoc
ipsum ut mundum sibi put& ee aliquis mortuum. multo autem maioris est ut & se
m& ipsum quis mortuū put& mundo quem sibi mortuum prius ee crediderat. hoc
ergo in sem& ipso paulus ostendit quia non tantum abess& a terrenis sensi
bus quantum uiuentes homines a corporibus mortuis. sed quantum absunt
nec sentire possunt mortui mortuos. qui enim uiuit ipse & iam si non potest
mortuum concupiscere. tamen uel sentire potest uel mirari adhuc speciē
decoris defuncti uel misereri potest & lacrimas fundere. qui autem & ipse
mortuus est erga mortuum ne hunc quidem habebit affectum. & hoc est quod
mihi uid&ur dixisse paulus quia mundus crucifixus est & ego mundo. uides
ergo quantum longe erat & quantum p̄egrinabatur ab his quae aguntur
in terris. uides quomodo super terras incedens ipsum tegebat uerticem caeli
ht &iam si trahat aliquis corpus &iam si propellat talis erat beatus paulus qui
in tantum absens erat ab his inter quos conuersari

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0337